



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad part. 4. Quæst. 106. Decisio CXII. Regula de jure quæsito non tollendo
an habeat locum in jure exemptionis, aliove simili privilegio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Ad part. 4. Quæst. 106.

DECISIO CXII.

Regula de jure quæsito non tollendo an habeat locum in jure exemptionis, aliove simili privilegio.

Illustriss. Seraphino.

Inter impres-
sas Seraphini
deciso. 1082.

Cæsaraugustana exemptionis.

Lunæ 13. Junii 1594.

SUMMARIUM.

- | | |
|---|---|
| 1 Regula de jure quæsito habet locum in jure ex privilegio. | constat de voluntate Papæ. |
| 2 Dicitio, quomodolibet, includit jus omne, etiam minimum. | 7 Papa in dubio non presumitur præjudicare regula de jure quæsito, nisi expressè id faciat. |
| 3 Privilegium ex causa onerosa habet vim contractus. | 8 Clausula de plenitudine potestatis licet operetur in tertii præjudicium, non tamen operatur in præjudicium regula de jure quæsito non tollendo. |
| 4 Jus subjectionis, quod quis uni tantum & non pluribus subyiciatur, est jus valde considerabile. | 9 Protestatio posita in regula de jure quæsito non tollendo tollit consensum ab a-
cto, quoties ei non derogatur. |
| 5 Habere unum Superiorem magis quàm alium, an dicatur res modici momenti. | 10 Gratia principalis si corrumpat, evanescent omnes clausule accessoria. |
| 6 Regula de jure quæsito non obstat, ubi | |

Domini steterunt in decisio coram R.P.D. meo Orano, nam regula de non tollendo jure quæsito habet locum in jure quomodolibet quæsito etiam ex privilegio juxta decisio. Alsted. 82. Sarnens super reg. de non toll. quæst. 15. circa finem Gorad.

N n n

- 2 *Govad. consil. 14. numer. 22. Rolan. conf. 22. numer. 23. lib. 4. & dictio quomodolibet*,
 includit omne jus etiam minimum, *glos. in Clem. 2. in verb. (quomodolibet)*, de sent.
 3 *excom. Paris. consil. 58. numer. 10. lib. 1. quæ maximè procedit, cum privilegium ex-*
 emptionis, de quo agitur, fuerit obtentum ex causa onerosa, & sic uti in vim con-
 4 *tractus, C. si Papa, de privileg. in 6. Felin. in C. novit, numer. 8. vers. aut vero privile-*
gium de jud. cui non est censendum Papam voluisse derogare, Lap. alleg. 96. Mobilid.
dec. 350. & non est dubitandum, hoc jus esse valdè considerabile, quidquid in con-
 trarium deducatur, ut patet ex c. dilecti de Capell. Monach. cum aliis pluribus iuribus,
 in quibus habetur magna ratio hujus juris: interest enim valdè usi tantum, & non
 pluribus subijci, *Felin. in c. dilecti, vers. hominib. in vuis de maior. & obed. Pat. decif.*
 5 *31. in fin. lib. 1. maximè cum adfuisset diuturna lis super exemptione inter Archiepi-*
 scopum & Ecclesiam, quæ præbuit justam occasionem fel. rec. Sixto V. conceden-
 di hoc privilegium. Non obstat quod habere unum Superiorem magis quàm alium,
 sit res modici momenti, juxta *dec. allegatum in causa Legionensi*, quia in illa causa age-
 batur de parochianis, quorum non valdè intererat, an Ordinarius, an Archidiaconus
 haberet cognitionem certarum causarum: hic verò agitur de exemptione Ecclesiæ
 ab inferiori, & subijciendo eam soli Pontifici, quod est jus, ut dictum est, valdè
 considerabile, & contrarium dicere est contra omnes loquentes in materia exem-
 ptionis. Non obstat quod per litteras S. D. N. fiat reditus ad jus commune, quia
 nihilominus intrat Regula, nam illud procedit, ubi fit reditus respectu omnium, ut
 per Sebastianum Sapiam, & alios allegatos in *causa Cauriens. jurisdictionis*, coram
 6 *bon. mem. Cantuoco*. Non obstat quod dicitur regulam non obstat, ubi constat
 7 Papam voluisse præjudicare, quia de hoc quæritur, an voluerit, & propter protesta-
 tionem in regula appositam constat nolle, quibuscumque utatur verbis & clausulis,
 nisi expressè deroget regulæ. *Sarnens. in proem. d. reg. quest. 5. numer. 3. & fuit di-*
 8 *ctum in causa Burgenfi juris sepeliendi, coram bon. mem. Cesare de Grassi. 10. Junii 1577.*
 9 *quæ habetur in tit. de rescript. decif. 9.* Non obstat Paris. & Gozad. allegati, qui vo-
 lunt clausulam, de plenitudine potestatis, operari in tertii præjudicium, quia hoc
 non habet locum in terminis Regulæ, in qua protestatio tollit consensum, & vo-
 luntatem ab actu gerendo, ubi ei non derogatur, & ita nulla potest alia formula in-
 troduci, per quam possit dici constare de mente Papæ, nisi faciat regulæ mentio-
 nem, & ita decisum fuit coram R. P. D. meo Blanchetto in una Mediolanensi fructu-
 rum 24. Aprilis 1592. in propriis terminis hujus clausulæ.
 Non obstant auctoritates allegatæ *Sarnens. Curt. Inn. Cassan. Roland. & aliorum*,
 quia fuerunt aliàs sublata per Rot. in decif. 6. bon. mem. Domini de Grassi, decif. 1.
 n. 9. de verb. sign. ultimo non obstat apertio oris, quia cum tota gratia ex allegato de-
 fectu corruat, clausulæ accessoria omnes evanuerunt, & nihil inde deduci potest,
 quod

quod obicit privilegio exemptionis, de quo agitur. Et ita conclusum, standum esse in decisis.

Ad Quæst. 108. Additio.

Observa breviter, quod hodie ex Concilio Tridentino *sess. 7. cap. 14. de reformat.* exempti sæculares indistinctè, regulares verò si extra claustra degant, Ordinario subijciuntur in causis mercedum & miserabilium personatum, qua de re vid. *Barbes. de Episcop. alleg. 106. num. 43. Roderic. quest. regul. tom. 1. quest. 65. art. 13. Rot. in Turritana conservatorie 15. Junii. 1668. coram Reverendiss. D. Albergato Decano, qua est decis. 285. num. 9. Et seqq. par. 15. recent.*

Ad Quæst. 112. Additio.

Quod Episcopi habeant Fiscum not. *glossa in cap. Quia diversitatem in verb. præter de concess. præb. Et ibi DD. Cardin. in clement. nolentes, §. in 3. quest. de hæretic. & hanc esse communem sententiam testatur Covarruv. variar. resol. lib. 2. cap. 9. num. 11. Clar. in præct. crimin. §. fin. quest. 80. num. 5. Peregrin. de jure Fisci, lib. 1. tit. 2. num. 105. Et tenuit Rota coram Achille de Grass. decis. 2. de offic. ordin. Et decis. 4. de testament. in antiq.*

